Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio beatissimi Eupli martyris et levitae mense augusto die XII. natale eius colitur

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

oculi mei demonum caecas. sed consolare ancillam tuam.
Tunc dixit macedonius ad eam. Erige te et adora
& ora deum caesaris. Erigens caput suum susanna
ad caelum. subito simulachrum nusquam conparuit.
Tunc macedonius dixit eum. Cupiditas auri sedu
xit te. & in impetu cupiditatis dare fecit ip
tum gratias age ubi. quia nisi amore deorum
non furata esses eum. Illa autem consignans
pectus suum dixit. Dns misit angelum suum
et tulit eum a facie mea ne polluerentur ocu
li mei. Eadem hora introiuit unus de seruis ma
cedonii & nuntiauit iouem aureum in platea
ante palatium salusti iacentem. Accensus ma
cedonius ipse manibus suis expolians eam. & coe
pit eam fustibus caedere. Susanna autem gaudens
dicebat. Gloria tibi dne. Dixit ad eam ma
cedonius. consule tibi & sacrifica. Illa autem con
signans pectus suum dicebat. Ego dno meo me
ipsam desidero sacrificium offerre. Eodem tem
pore macedonius renuntiauit diocletiano au
gusto rem gestam. & quomodo iouis simulachrum
expulsum est & confractum in platea. & redac
tum fuisset. Tunc iussit diocletianus augustus
ut ibi intra domum suam iuxta domum gaii epi gla
dio puniretur. Quae percussa intra domum suam
reddidit spm. hoc cum audisset serena au
gusta. cum gaudio noctu ueniens collegit corpus
scae susannae martyris. & sanguinem quem
effuderat in eodem loco cum suo uelamine
detersit. & posuit in capsam argenteam
in palatio suo. ubi die noctuque fustibus ueilib;
orare non cessabat. Corpus autem scae susan
nae ipsa manibus suis ornabat. cum linteami
nibus & cum aromatibus. & posuit iuxta corpus
scorum in cimiterio alexandri in arenario in crip
ta. iuxta scm alexandrum. iuxta ciuitatem
figlinas tertio idus augustas. Ab eodem die
coepit beatus gaius eps in eandem domum
introire. ubi gladio fuerat percussa. & sacri
ficium dno deo suo offerre. pro commemoratione
beatae susannae populo. quae domus ad domum

beati gabini prbi iungebatur beati gaii epi. Ab
eodem tempore iam tale erat signum xpianis
et statio deputata in duas domos quod est usque
in hodiernum diem. factum est autem hoc ro
mae in regione sexta. iuxta uicum mamurri
ante forum salusti. Regnante in uniuerso
mundo cum patre & spu sco dno no ihu xpo
in saecula saeculorum. AMEN.

EXPLICIT PASSIO SCAE SUSANNAE
MARTYRIS ET UIRGINIS ;

INCIPIT PASSIO BEATISSIMI
EUPLI MARTYR ET LEUITAE
MIN AUG DIE XII NAT EIUS COLIT.

Sub diocletiano nouies & maximiano septies
consulibus sub die pridie quarto idus augustas
in cathenensium ciuitate cum esset extra ue
lum secretarii beatus euplus proclamauit
dicens. Xpianus sum & pro xpi nomine mo
ri desidero. Audiens calusianus consularis
dixit; Ingrediatur qui clamauit; et cum in
gressus fuisset beatus euplus. secretarium
iudicis. euangelia portans; Tunc unus ex ami
cis calusiani nomine maximianus dixit;
Non decet tales cartas eum tenere contra
legem regalium praeceptionum; Calusia
nus consularis dixit ad beatum euplum;
haec unde sunt de domo tua exierunt;
Beatus euplus respondit; Non habeo domum
hic. dns ms ihs xps nouit; Calusianus consularis
dixit; Tu ea huc deportasti; Beatus euplus
respondit. Per me eam huc deportatas sicut
et ipse uides. Calusianus consularis dixit;
Ecce sicuti nunc eas portasti me praesente
in conspectu meo lege. & dic mihi ut legis scr.
& cum aperuisset euangelia beatus euplus
legit secundum matheum dicens. Dixit dns
ihs; Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam. quia ipsorum est regnum
caelorum; Item aperuit secundum mar
cum dicens. Omnibus qui credunt mihi
ipsis datum est cognoscere regnum di;

Item secundum lucam dixit dns ihs turbis, Si quis uult
post me uenire abneget semetipsum tollat crucem
suam & sequatur me. Item secundum iohannem.
Omnis qui uenit ad me non esurit & qui credit in me
non sitit & his aeternum. & cum dixisset euangelia
Calusianus consularis dixit; hoc quid uult esse.
Beatus euplus respondit. Lex dni mei quae mihi tra
dita est. Calusianus consularis dixit. A quo.
Beatus euplus respondit, A ihu xpo filio di uiui.
Calusianus consularis dixit; quod innotuit eius con
fessio publice traducatur. dio doclitiano nouies & maxi
ximo septies consulibus sub die quarto idus augustas;
Cum in medio beatus euplus traductus fuisset
Calusianus consularis dixit ad beatum euplum,
quae priorem confessionem hodie dixisti quid
dicis de his. Tunc beatus euplus signaculum xpi
faciens in fronte sua dixit; Quae tunc dixi
& nunc eadem confiteor; Calusianus consularis dixit
habuisti aliquando lectiones quae uetauerunt
piissimi imperatores, Beatus euplus respondit.
habui, Calusianus consularis dixit & ubi sunt.
Cui beatus euplus respondit. Apud me sunt;
Calusianus consularis dixit. habes ea.
Beatus euplus respondit. habeo; Calusianus
consularis dixit, Torqueatur euplus quousque
confiteatur se deos ueros omnipotentes adora
re. martem apollinem & aesculapium. Beatus
euplus respondit, hoc dixisti calusiane. ut
adorem trinitatem inseparabilem. quae trini
tas unitas di uiui est, Tunc audiens haec
uerba impiissimus calusianus dixit. Pariatur
quae de diis ipsius dicere. beatus euplus gaudio
repletus est gladii enim & dixit. Ergo sacrifica,
Cui beatus euplus respondit, Ego sacrifico
& nunc ipso me ipsum patri & filio & spui sco;
Tunc calusianus audiens haec, iratus
iussit eum amplius torqueri & durissime
torqueretur sustinuit certamen
orthodoxe fidei; Tunc impiissimus calusianus
consularis sententiam dedit et dicens;
Conterrentem deorum & negantem imperialem
iussionem unde peccamen eos (euplum) ubi omnes quae
scripturae impielitatis ab eo ostensae fuerit. iusto
iudicio di nostro gladio interfecit; Tunc beatus
euplus gratias egit dno ihu xpo quod aduenisset
tempus coronam accipiendi, Cumque enim eo
cum gaudio omnis plebs usque sequebatur,
admirantes fortitudinem animae eius. Ipsum
resonantem gratia xpi uultu fulgebat & laetus
praesumpto animo ambulabat. quasi pergens
ad nuptias & repletus spu sco canebat dicens,
Magna est gloria tua dne in seruis tuis quos ad
te uocare dignatus es. & postea omnibus qui seque
bantur eum orabat dicens; Dne adesto seruis
tuis & ut destruas eos usque in finem. ut glorificent
nomen tuum in saecula saeculorum, & accelera
bat gressus suos iam quippe prope uictoriam
coronandus, Tunc extendens manus suas ad
caelum dixit, Gratias ago tibi dne ihu xpe qui
consolatus es me uirtus tua & non permisisti
perire animam meam cum impiis. sed iusti
mihi gratiam nominis tui; Confirma nunc quod
operatus es in me ut confundantur aduersan
tes audientes. Tunc respiciens ad populum dixit;
Dilectissimi fratres audite. Orate dnm & cum de
dium in toto corde uestro. quoniam memor est
monentium se antequam exeant de saeculo.
& postea quam exierint tunc occurrunt
eis angeli & deducunt eos ad ciuitatem illius sanctam
hierusalem, & cum haec uerba complesset
& nomen sco fecisset flectens genua sua porrexit
ceruicem & decollatus est beatus euplus;
Tunc sempiternam coronam feliciter accepit
exultans in agmine angelorum & sanctorum
martyrum, introiuit in conspectu dni di
nostri ihu xpi. & repositum eius corpus
in loco uenerabili conditum aromatibus
ad laudem & gloriam omnipotentis di &
dni nri ihu xpi. In quo beneficia largiuntur
contingentibus sepulchrum eius. & omnes infirmo
rum languores sanantur usque in hodiernum
in nomine patris & filii & spi sci qui uiuit semper.

& regnat in saecula saeculorum · amen ·

EXPLICIT PASSIO BEATISSIMI EUPLI MARTYRIS ET LEVITAE ;

INCIPIT PASSIO EUSEBII PRBI IN ROMA · MENSE AUG DIE XIIII · NATALE EIUS CELEBRATUR ·

XIIII

Eodem tempore quo liberius de exilio reuocatus fuerat a constantio augusto heretico · in eodem tantum dogmate ut non rebaptizaret populum · sed licet communione contaminarent plebem · Eusebius prbi urbis romae · coepit declarare liberium hereticum · & amicum constantii praefecti cum multi seu confessione & catholica uitare communionem liberii per eusebii prbi doctrinam studerent · Occupantur ecclesiae a liberio · deicitur felix de episcopatu · subrogatur liberius · tenetur eusebius presbyter · qui in praedicta sua quod ipse construxerat · populum congregaret & confortaret plebem sanctam · Tunc constantius imperator adgreditur cum liberio ad eusebium prbm dicens, Tu solus xpianus es in urbe roma, Eusebius prbr respondit, sic confidimus in dno · quia fideles nos inueniet xps sicut & baptizati sumus & benedictionem quam a beato iulio suscepimus tenemus, Liberius dixit, Nos cuius fungimur uice nonne iulii antecessoris nostri, Eusebius prbr dixit, si perseuerasses in fide quam in persecutione primo tenere uisus fueras, Liberius dixit praesente augusto tam contumacem me existimas, Eusebius dixit, Res ipsa docet & declarat, Imperator constantius dixit, & quid est inter fidem & fidem, Eusebius prbr dixit, quantum ad nos peccatores integre fidem tenentes sumus quantum ad uos · insaniae diaboli & inuidiae superstitionis uestrae · ut felicem epm quem uos non [illegible] custos catholicum et dnm ihm xpm inuocantem purum sacerdotem ab omnibus declaratum in damnationis causam exilio direxistis, qui tamen in praedicto loco suis orationibus uacat & quidem iussu tuo xpianis occisionem et necem praecepisti inferri maxime clericis et presbiteris & diaconibus, Tunc iratus constantius subrogatu liberii inclusit eusebium presbiterum in quodam cubiculum domus suae · quod humile erat in latitudine pedibus quattuor · et ibi multis mensibus in oratione constanter perseuerans · inclusus tamen post menses septem dormitionem accepit nono decimo kalendas septembris, Cuius corpus collegit gregorius & orosius prbi parentes eius & sepelierunt in cripta iuxta corpus beati sixti martyris & epi uia appia in cimiterio calisti · ubi & titulum illius scribentes posuerunt pro commemoratione eius eusebio homini dei, Eodem tempore auditum est a constantio imperatore · eo quod gregorius & orosius prbi collegerunt corpus eusebii prbi & in eadem cripta · uiuum includi praecepit gregorium · Tunc orosius prbi collegit semiuiuum beatum gregorium noctu occulte propter constantium augustum & emisso spu sepeliuit eum iuxta corpus sci eusebii prbi, Qui & iam orosius haec gesta conscripsit, Ab eodem die intra ecclesias iussu constantii imperatoris quicumque inuentus fuisset non sic confiteri uel participari sicut liberius · in diuersis · gladio puniretur, in plateis & in uicis & in ecclesiis · siue in balneis gladio cruciabantur · persequente constantio xpianos una cum liberio · Mortuo autem liberio leuatur damasus · qui uoce publica damnauit liberium facta synodo cum episcopis uiginti & octo · & presbiteris uiginti & quinque & cessauit persecutio · non tamen multum tempus · Donante dno nostro ihu xpo qui uiuit & regnat in saecula saeculorum · amen ·

EXPLICIT PASSIO SCI EUSEBII PRI ET MARTYRIS

INCIPIT PASSIO SCI AGAPITI MARTYRIS · MENSE AUG DIE XVIII · EIUS NATALE COLITUR ·

XVIII

Sub rege antiocho pagano · erat puer quidam nomine agapitus · timens dnm, hic omnibus suis renuntiauit rebus · & parentum suorum · & dō se obtulit holocaustum, qui cum esset cottidie in doctrina xpi & non cessaret dicere ad